

## IV. DOLOR POST PARTUM.

Vid. CAP. XXII.

## CAPUT XXVI.

JUNIPERUM IN MORBIS EX-  
TERNARUM PARTIUM EX-  
CELLERE ATTESTA-  
TUR.

## I. ARTHRITIS.

POSTEQUAM in affectibus internis vir-  
tutes Juniperi, quid videlicet præstare  
*illa* queat, contemplati sumus, ideoque  
ordinis postulat ratio, ut & vires *ipsius*,  
quas in curandis externalium partium  
morbis possidet, aspiciamus, quapro-  
pter illos primum considerabimus affe-  
ctus, qui ad certum & determinatum lo-  
cū reduci non possunt, sed modò huic,  
modo illi membro, imò omnibus ferè  
corporis partibus externalis accidere so-  
lent, postea & reliquos, quæ certis ex-  
ternalium partium membris sunt fami-  
liares, enumerabimus.

*Arthritis.*

Primò prodeat *Arthritis* molestissi-  
mus ille articulorum dolor, tam vagus,  
quam fixus *chiragre vel Podagre* nomine  
tunc insignitus, in quo sedando multum  
certè valet *Juniperus* cum partibus suis,  
internè vel externè si adhibeatur.

*Internè.*

Internè ad medicamenta antiar-  
thritica baccæ, *Spiritus*, *Oleum*, *Rob*, *Ex-  
tractum*

tractum Juniperi referuntur à Macasio  
part. 2. Prompinar. mater. med. sect. XI.  
cap. 16. & Schönbornio manual. Med. Pract.  
pag. 236. & 199.

Compositis Antiarthriticis & Anti-  
podagrīcīs medicamentis partes Juniperi  
plerumque admiscentur, sic aquam An-  
tiarhriticam D.C. talem exhibit Hof-  
mannus in Thesaur. pharmaceutic. pag. 3.

**R** Calam. aromat. galang. cyper. rotund.  
Cost. aromat. pyrethr. à 3VI.

Herb. rosmarin. 3j. salu. 3VI. major. 3ß.  
Fl. chamomill. rec. 3VI. stach. Ar. thym.  
à 3ß.

Nuc. mosch. 3iiij. bacc. juniper. Mj.

Grosso modo concis. affund. Spir. Vin.  
Rhenan. 15iv. macerentur per 2o iv. &  
destilla ex MB. ad siccitatem. Usus ejus  
tām internus, quām externus est Dos.  
cochl. i.

Aliam ita jam laudatus proponit  
*Autor. libr. citat. pag. 4.*

**R** Mastich. thur. myrrb. bdell. ammoniac.  
Opopanax. mumia \* ciā 3j. Σ 3i. 3ß.  
Alum. 3IV. bacc. juniper 3x. Oli Rom.  
ibi.

Mell. 15ij. Spir. Vin. 15VIII. Spir. bacc.  
juniper. 15ij.

Præparata l. a. macerentur per octiduum  
ad calorem lenem sēpiùs agitando. Tunc  
destil-

Y

destillentur ex arenâ cum duobus coho-  
biis, tandem adde

**Cast.** 3*fl.* **Camph.** 3*ij.* **Spir.** 3*fl.* **Thijs** 3*fl.* **Misce-**  
**Aqua Arthritica** *Mysickri* ita describitur  
ab eodem **scit.** 20. **Armament.** *chymic.* p. 340.

**Bz** **Caryophillor.** 3*vi.* **rad.** **bermodact.** **bacc.**  
juniper. à 3*fl.*

**Nuc.** **moscb.** 3*ij.* **Herb.** **verben.** **fol.**  
sambuc. à Mij.

**Fl.** **lavend.** **spic.** **nard.** **majoran.** **ros-**  
marin. beton. à Mj.

Mixta infund. in vin. Rhenan. **lv.** dige-  
rantur per **Pof** 24. postea per alembicum  
destillentur. S. Aqua Arthritica.

Aqua Antipodagrica Thomae Than-  
tini descriptionem tradit Philipp. Mülle-  
rus p. 177. **Myster.** **med.** sequenti modo.

**Bz** **Cinam.** 3*fl.* **Nuc.** **moscb.** 3*ij.* **Macer.** 3*ij.*  
**Galang.** 3*fl.* **caryophillor.** 3*fl.* **croc.** 3*ij.*  
mosch. 3*fl.*

**Perl.** **prap.** **corall.** **prap.** à 3*ij.* ▽ **lavend.**  
cinam. à 3*ij.*

▽ **e ros.** 3*ij.* **ol.** **spic.** **nard.** juniper. à  
3*ij.* succin. 3*ij.*

Contusa in pulverem conjitantur in la-  
genam stanneam 4. mensur. capacem, af-  
fundere Spir. Vin. mens. j. in cinere leni in-  
simul putrefcant ad 3. hebdomad. Dein-  
de menstruum coletur per linteolum. At  
feces Specierum ex ollula ad ignem in ci-  
neres urantur & cinis eidem priori men-  
struo

struo iniciatur, digerantur atque immacerentur. Tandem sine fecibus per linuum transmittes & destillabis per Bal. Mar.

Crato, testante Sennerto cap. 7. tractat. d. arthritid. hoc destillatum ad præservationem arthritidis commendavit, si unum quotidie cochlear vel sèpius in septimana de illo assumatur.

**R** Herb. melis. valerian. bace. junip. à q. v. Aspergantur Vino bono & macerentur in  $\nabla$  melissæ, postea destillentur.

Sal sequens à Grylingio lib. 5. med. Pract. part. I. cap. 1. magni aestimatur.

**R**  $\Theta$  absinth. card. bened. à 9ij. Junip. 9iv.  $\ddot{\Theta}$  i. 9j. arthemis. cichor. à 9f. Misce.

Hæc & similia  $\Theta$ ia quoniam ob acerri-  
num saporem difficulter ab ægris assu-  
muntur, nullo ferè convenientiori vehi-  
culo, quam cum juscule infalso, assu-  
muntur eaque loco Salis communis in  
ægrorum cibis condiendis adhibentur,  
sic ægri ad medicamenta assumenda pa-  
rum proclives commodè falli possunt, si-  
c ut illud sèpius cum successu vidimus &  
experti sumus.

Sequentia invicem mixta sèpe ar-  
thriticis non sine fructu exhibuimus.

**R** Essent. juniper. & lis aperi. à 3j. ano-  
dyn. 3ß.

Tinct. lign. Sassafras 3ij. Misce. S.  
Sonderliche Glieder Mistur.

Y 2 Exter-

*Externè.*

Externè quoque in arthritide varie juniperina adhibentur medicamenta. Sic *Spiritum juniperi* in tenuis fortunæ hominibus arthritide correptis sèpius locis dolentibus cum maximo vidimus adhibitum successu, & *Avia nostra cruciatis arthriticis* ad mortem usque obnoxia dolores hoc unico leniebat medicamento, nec ab alio unquam plus solatii & auxilii inveniebat, quam à sequenti.

**Bz** *Bacc. Juniper. recent. q. v.*  
Contund. in mortario affuso *Spiritus proprio* vel in defectu ullius *Spir. Vin.* & cataplasmatis loco dolenti applicetur.

Aquam antiarthriticam externam ita componit *Sennertus cap. V. tractat. d. arthrit. p. 42.*

**Bz** *Canceror. fluv. num. viii. gran. Juniper. MJ.*

*Myrrh. thur. à 3j. Vin. ope. 10j.*  
Misc. & destillentur.

*Oleum Juniperi è baccis & ligno inter antiarthritica refertur à Schönbernio pag. 242. manual. med. Pract.*

Sal antipodagricum externum ita præparat *Hofmannus p. 100. Thesaur. phar. maceut.*

**Bz** *Lign. Juniperin. crassitia insigne q. s.*  
Perterebra illud & cavitatem reple Æ communi orificiis firmiter obturatis, combure igne aperto & accipies Æ cum

¶e

¶ & Θe alkali ligni juniperini imprægnatum, quod in Spir. Vin. solve, tumorigibus enim podagricis impositum utile est.

Celebre est Balsamum Podagricum Crollii ad tollendos dolores podagricos à causâ frigidâ ortos, describitur p. 303.

Basil. Chymic. Crollii ita:

**EZ** O. mandibular. inferior. veterum equorum tempestatibus diu expositarum.

Vel Ol. ex ossibus hominis violentiâ morte, restante vel rotâ perempti siccis Oi & De multis annis expositis.

Vel olei ex sanguine Cervino

Cujuscunque hujus olei aliquoties per se rectificati.

**EZ** ʒj. ol. laterin. terebinth. Junip. à ʒjj. Misce & destilla omnia adhuc semel in Bal. Mar. & postea inungatur locus affctus.

Sic & Balsamo Podagrico Mynsichius oleum Juniperi associat, cuius descriptio videatur sect. 24. Armament. Chym. p. 484. Balneum Matthiolus testantibus D. Sebōzio part. 9. Spec. Med. Pract. & Schönborn. loc. suprà citat. anthriticis parat admirandæ virtutis è Scope ligni Juniperini in f. q. ∇x ad tertias decoctâ.

Scholzius Consil. 238. hoc decoctum articulis arthriticorum admoveri consulit.

**EZ** Bacc. Juniper. rad. althea à ʒj.

Y 3

Fol.

Fol, laur, myrth, salv, beton, origan,  
calamint, major, flor, stœchad, à MB.  
Sem, lign, fæn, græc. à 3ij.

F. Decoct, in lixivio farmentor. vit, ad-  
dendo Salis commun. 15j.

Simile Decoctum fatus loco com-  
ponit Simon Pauli quadripartit. Botanic.  
p. 269. & Deckerus in not. ad præsc. Barbett.  
p. 151, utrumque baccis Juniperi clarum.  
Suffimigium tale præcipit Senner-  
tus p. 41. Tractat. d. arthritid.

**Bz** Lign, aloës, gumm, Junip, succin, thur,  
Sem, hyosciam, storac, calamit, taca-  
mahac, gumm, anime à 3j.

Pulverisentur crassiusculè, pulvis supra  
ignitos carbones conjiciatur & fumus  
parte affectâ per dimidiam horam exci-  
piatur.

Vel

**Bz** Gumm, Juniper, thur, à 3ij, ladan,  
benz, à 3j.

Cinamom, caryophill, Nuc, mosch, à 3B.  
Pulverisata excipientur gumm, traga-  
canth, q.s. F. Trochisci pro suffitu. Idem  
pag. 43. loc. citat.

Unguentum sequens in arthritide à  
causâ frigidâ multum prodesse Autor  
est Paracelsus lib. 17, Chirurg. cap. 15.

**Bz** Catellor, junior, rejectis pellibus, capi-  
tibus, pedibus & intestinis num. ij.

In

Include illos anseri pingviori & adde

*Ranar. vivar. num. X.*

*Viperar. in frusta concis. sine exuviiis  
num. IV.*

*Theriac. mithridat. à 3*lb.**

*Fol. salv. anth. rut. thym. à M*lb.**

*Bacc. laur. Juniper. conquaſſat. à 3*lb.**

*Nuc. mosch. Zinzib. piper. caryophill.  
à contus. 3*j.**

Hæc omnia anseri include & pingvedinem inter assandum destillantem collige, posteaque cum f. q. ceræ Terebinth. Venet. & parum  $\nabla$ x Vitæ F. Unguentum.

## II. LUES VENEREA.

Quemadmodum legitimus Veneris uſus multa corpori præstat humano commoda, sic è contra nimius & illegitimus ejusdem abusus varias producit calamitates, ut verè dictum sit :

*Balnea, Vina, Venus conservant corpora  
noſtra,*

*Corruſpunt eadem Balnea, Vina,  
Venus.*

Exemplo nobis esse potest gravissimus *Lues Ve-*  
*ille affectus Morbus Gallicus seu Lues Ve-*  
*nerea dictus, qui est morbus venenatus*  
*& contagiosus ab humorum malignâ*  
*dispositione & infectione ortus variisque*  
*symptomatibus stipatus.*

Acquiritur hic affectus nonnunquam vitio proprio humoribus scil. maximè corruptis & malignâ qualitate infectis, sicuti in matrona famæ integerimæ, quæ cum infectis nullâ plane consuetudine usa erat, in viciniâ contigisse novimus. Nonnunquam & quidem sæpius per contagium affectu hoc imbuntur & contaminantur ægri, & vel ex generationis primordiis parentum, vel ex lacte nutricis, ex concubitu & consuetudine seu familiaritate cum infectis illum contrahunt, quo de aliquando plura.

Symptomata habet multa & varia, ita, ut dicente *Sinibaldo lib. 9. Tractat. 2. genitropejæ cap. XI.* dies deficeret, si cuncta symptomata lui gallicæ, quæq;is est soboles, recensere vellemus. *Anzonus Musa Vir de re medica optimè meritus ducentum triginta quatuor, teste eodem Sinibaldo, Galici morbi enumerare dicitur species.*

Huic protheo variabili & πολυμορφῳ optimè quoque opponitur *Juniperus*, & specificis ob majorem penetrandi vim & efficaciam multoties additur.

Sic *Juniperum Hornius pag. 157. Arc. Mosis & Decoctum Juniperi simplex ad lumen Venereum commendat Peterius cap. 2. Pharmac. Spagyri. p. 30. & ad eundem affectum*

*Internè.*

affectum p. 116. & 117. cit. loc. Extractum parat antivenereum duplex, Purgans unum alterum non purgans.

Extracti antivenerei purgantis hæc est descriptio.

**R** Rasur. lign. guajac.  $\frac{1}{2}$  vi. Rad. Sarsapa-  
rill.  $\frac{1}{2}$  iv.

Chinæ eleæt.  $\frac{1}{2}$  ij. Rad. Mochaocann.  $\frac{1}{2}$  vj.  
Fol. Senn.  $\frac{1}{2}$  ix. Lign. Saſafr. Baco. junc.  $\frac{1}{2}$   
a  $\frac{1}{2}$  ii.

Infund. igna & radices in f. q.  $\nabla$ æ com-  
mun. cum ol. Sali &  $\frac{1}{2}$  is  $\frac{1}{2}$  ij. in loco calido  
per 8 dies, coquantur postea in urinali  
vitreo vel terreo vitreato cum suo capi-  
tello ad consumtionem 2. tertiorum, quæ  
humiditas in recipiente servetur pro no-  
vâ infusione parandâ. Coletur decoctum  
& in colatura macerentur Fol. Senn. &  
Rad. Mechoacann. per 3. dies, bulliant pa-  
rum & denuò colentur. Dum hæc sunt  
prima aqua à Decocto educta fecibus re-  
affundatur cum novâ humiditate, si ea o-  
pus fuerit novaque infusio paretur, quæ  
priori unita simul per urinalem cum suo  
alembico in extracti formâ adducuntur.  
Saccharum nonnunquam addimus ad se-  
libram & ut solidius reddatur pulverem  
sequentem admiscemus.

**R** Sarsaparill.  $\frac{1}{2}$  ii. Chin. eleæt.  $\frac{1}{2}$  ii. Fol.  
sen.  $\frac{1}{2}$  i.

Caryophill.  $\frac{1}{2}$  j. Sel. suprascriptor.  $\frac{1}{2}$  j.  
Misc.

Misc. F. Massa. Dos. 3ij. ad 3ij. bis in die.  
Non purgantis Extracti brevior de-  
scriptio est talis.

**R** Cort. lign. Indic. 3vj. rasur. ejusd. lignis  
15ij.

Chin. eleet. Sarsaparill. a 15ij.

Bacc. Juniper. 15. Sem. card. ben. caru.  
a 3ij.

Fol. saccis. scabios. a Mij.

Rad. Cyper. vincetoxic. a 3ij.

Infund. omnia parum contusa inf. q. vi-  
ni generosi, F. Extractum, cui Θ ex fe-  
cibus factum adde. Dos. 3ij. ad 3ij.

Clysteres Job. Casp. Sparr. ex Rad.  
Cucum. Asin. Bryon. Jrid. Gentian. Herb.  
origan. calaminth. Puleg. Polii. Rut. Mar-  
rub. Saturej. Serpill. Hyslop. Thym. ab-  
sinth. Veron. Fumar. Salv. Cent. min. ab-  
rot. Bacc. laur. & Juniper. Pulp. colocyn-  
tid. Sem. cumin. Carv. Foeniculi decoctis  
& Colaturæ additis Ol. Rut. Laur. Aneth.  
Absinth. Amygd. amar. Jrin. matricar. E-  
lect. Hier. picr. diacolocytid. Bened. La-  
xativ. diaphœnic. Ind. maj. & min. Dia-  
carthamo q. f. componit p. 53. Dissertat.  
posterior. d. Iue Venerea.

*Antonius Chalmeteus in Enchirid. Chi-  
rurgic. Aquam Philosophicam magnis ex-  
tollit laudibus ita paratam.*

**R** Rasur. lign. guajac. 15. vin. alb. 15ij.

Δε defecatis. 15vij. fumar. cichor. cha-  
momill. a 15j. Polyped. quer. 15. 3  
Mace-

Maceretur. hor. xij, adde,

*Epiuhyum.* ʒij. *Asplen.* ʒvj. *Sem.* *Junip.* ʒij.  
*Cort.* *Citr.* ʒj. *Conserv.* *rosar.* *cichor.* *Bor-*  
*rag.* *bulos.* ā ℔.

*Conf.* *Enul.* *Theriac.* ā quart. i. *Destillent.*  
*Destillato add.* *Sacchar & cinamom.* q.v.  
*Dos.* ʒij. iv. ad V.

Sequentem potum 3. hor. post cœ-  
nam & prandium assumendum tradit *Ta-*  
*bernamontanus part.* *V.* *Des Alzeneys Buchs*  
*cap. 3.*

**R** *Bacc.juniper.laur.* ā ʒij. *Sem.sinap.* ʒlb.  
*Coqu.* in ℥viꝝ ad consumtionem me-  
dietatis. *Dos.* ʒij.

Externè *Joh. Colle in sermon. de lue* ♀ *Externe.*  
*sequens exhibet Decoctum ad partes at-*  
*fæctas sæpius abluendas faucesque gar-*  
*garizandas.*

**R** *Lign. guajac.* *Juniper.* *Rad.Sarsapar.*  
ā ʒj.

*Dis* ʒlb. *Aristol.* *rot.* *Angel.* ā ʒij.

*Δa commun.* ℔ij.

*Misc. F.* *infusio & postea Decoctio ad ter-*  
*tiæ partis consumtionem.*

*Joh. Renodæus lib. V. institut. Pharma-*  
*ceut. cap. 27.* *Pulverem pro suffitu compon-*  
*nit talem.*

**R** *Granor.* *Juniper.* *Thur.* *mastic.* *ladana*  
ā ʒib.

*Cinnabar.* ʒib.

*Misc.* *terantur omnia & ad usum serven-*  
*tur.* *Plate-*

*Platerus* in symptomatibusq; suis q̄eæ comitibus, ut sensu ardoris & punctionis, maculis & pustulis, capitis dolore & aurium tinnitus inter alia hoc sudatorium adhibuisse testatur lib. 1. observat. p. 99.

**R**ob Jambuc. 3ij. Juniper. 3i. Syr. d. papav. 3ij.

Narcot. Autoris 3j. Spir. Juniper. 3ij. Misce.

In dolore circa ossa vago perque vices affigente à lue q̄eā orto sequenti usum se esse testatur *idem* Autor lib. 3. observ. p. 725.

**R** Tabul. diacod. aut. 3i. ∇ enicot. 3ij. Theriacal.

Spir. Juniper. ā 3ij. Misce.  
Est diaphoreticum.

### III. ERYSIPELAS.

**Erysipelas.** *Erysipelas* dictus non gaudii vel amoenitatis, sed dolorum molestiarumque est plenissimus nullique propemodum corporis parti parcere novit. In primis autem externis corporis partibus inimicissimus est, ad quem debellandum præmissis præmittendis medicamenta Juniperina maxi- mi sunt usus, ob vim diaphoreticam.

*Sennertus* lib. 2. de febrib. cap. 15. ex Sole.

Solenandro sequens deponit Electuum.

**R** Theriac. opt. 3*i.* Terr. sigill. vel bol.  
arm. 3*lb.*

Gran. juniper. rec. rad. tormentill. sem.  
card. bened. à 3*lb.*

Spec. Elect. d. gemm. diamarg. frig. à 3*j.*

Oss. d. cord. cerv. sem. acceles. corall.  
rubr. preparat. à 3*lb.*

Cum syrum. acetos. citr. q. s. f. Elechar.

Dos. 3*i.* ad ii.

Minoris apparatus, ejusdem tam  
en effectus est sequens.

**R** Rob. jambuc. juniper. à 3*lb.*

Sal. CC. vol. junip. card. bened. fix. à 3*lb.*

Misc. D. S. Schweifreibender Gaff  
auf 2. mahl.

Externè Pulverem humalem pro E-  
rysipelate commendat Grylingius lib. V.  
Med. Pract. part. 3. cap. XV.

**R** Gumm. sandarac. Ar. 3*i.* Heder. ma-  
stich. thur.

Ros. rubr. sem. coriandr. præp. à 3*lb.*

Caryoph. lign. aloes. succin. ladan. à 3*ii.*

M. F. Pulv. grossus pro fumo.

Non semel tenuioris fortunæ ho-  
mines Erysipelate infectos solis, ob ine-  
piam, bacis vel fructibus Juniperi pro suf-  
fimigio usos esse cum optimo vidimus  
succesu. Vel

**R** Bacc. Juniper. q. v.

Coqu.

Coqu. in aceto & linteis duplicatis loco dolenti applicentur. Conrad. Kunrath. medull. destill. p. 431.

## IV. VULNERA.

*Vulnera.*

**O**Mnibus corporis partibus externis & internis *vulnera* infligi posse quotidiana docet experientia, nullum hic membrum singulari gaudet libertate, ideo, quid in *vulneribus* præstet *juniperus* videbimus.

*Interna.*

Internè in *vulneribus* destillatum sequens adhibet & describit Philipp. Müllerus Myster. med. p. 184.

**E**x Granor. Juniper. contus. lib. iiiij.

Pyrol. urinisque, matrisylv. rad. fœnic. alb. à Miß.

Ophiogloss. Miß. Consolida. maj. aristol. à 3v.

Perfiscar. 3v.

Destill. omnia secundum artem.

Poterius sect. I. Pharmacop. Spagy. cap. I. hoc describit Decoctum vulnerarium.

**E**x Fol. coron. sanic. beton. agrimon. capit. qis à MJ.

Bacc. Janiper. pj. Liquiritie parum. F. cum vā & Vino Decoctum.

Externè ungventa & alia medicamenta vulneraria særissimè ingreditur gummi & oleum Juniperinum, ut & ipse nonnunquam *Juniperi baccæ*.

Sic

Sic jam citatus Poterius cap. 4. cit.  
libr. oleum componit vulnerarium se-  
quentibus præditum ingredientibus.

**R** Summitat. hyperic. c. flor. & semin. q. v.  
Ol. olivar. q. s. succ. hyperic. parum.

Macerentur in loco calido per aliquot  
dies, factæ colaturæ recensentes flores &  
summitates reddantur novaque fiat in-  
fusio, in cuius colatura dissolv.

Terebinth. venet. 16. Thur. 3ij.

Mastich. vernic. à 3ij.

Misc. F. oleum.

Aliud Balsamicum oleum omnium  
præstantissimum subjungit idem hoc  
modo confectum.

**R** Rad. asclepiad. 16. aristol. rot. va-  
lerian. à 3ij.

Fol. symphit. maj. plantag. filipend. al-  
chimill. bugul. à Mij. bacc junip. pj.

Summit. hyperic. c. flor. & sem. MVI.

Flor. chamomill. spic. à Mj.

Verm. terrestr. 16j.

Ol. hyperic. cum 2. infusionibus parat.

Lumbricor. à q. s.

Macerentur octiduo in fimo equino, exi-  
mantur, deinde prælo forti subigantur  
quoad omnem humiditatem profun-  
dant, factâ colaturâ adde

Myrrb. 3i. mastich. thur. vernic. à 3ij.

Terebinth. destillat. pic. naval. à 16.

Colentur postremò & usui reserventur.

Obser-

Observationes & effectus de hoc oleo  
videri possunt *leco citato*.

Balsamum vulnerarium Metensi-  
um ita describit Schröder. *in lib. 2. Pharma-  
cop. med. chym. cap. 87.*

**R** *Ol. oliv. sem. lin. purific. à 15*lb.* laur. 3*j.*  
Bacc. Juniper. still. 3*lb.* Caryophill. 3*j.*  
Algæ succotrv. 3*j.* Tereb. Venet. 3*j.*  
Vir. eris 3*jij.* Oli. alb. 3*lb.**

Pulverisand. Pulveris. & coquantur si-  
mul lento  $\Delta$  dum viorem acquirat ole-  
um. F. Balsam. Celebre Emplastrum sti-  
cticum *Crolii p. 323. Basili. chimic. descript.*  
*gumm. quaque Juniperino 15*lb.* pondere gau-  
det. & Emplastro sequenti puncturali ole-  
um quoque additur, quod ita paratur.*

**R** *Ol. rosar. 3*iv.* Colophon resin. pie. na-  
val. à 3*vi.**

*Cere 3*iv.* Oli alb. Ceruss. venet. lap.  
calamin. à 3*jij.**

*Oliban. myrrb. à 3*jij.* Mastick. 3*vi.*  
Mum 3*lb.**

*Terr. sigill. sang. Dracon. à 3*lb.* Corall.  
rubr. preparat. 3*j.**

*Lap. magnet. præp. 3*lb.* camphor. 3*vi.*  
Ol. ovo. 3*lb.* Spic. 3*j.* Juniper. 3*lb.**

*Misc. F. I.a. Emplastr. Gryning. lib. V. Med.  
Pract. p. 3. cap. 20.*

Unguentum Polycirrestum ut & Balsa-  
mum vulnerarium, unum *baccis*, alterum  
oleo *Janiperi* insignitum *idem* describit

*Autor*

*Autor loc. cit. videndus. Singularem observationem in vulnerede sperato sclopo illico tradit jam laudatus Poterius Curat. 100. Centur. 1. observat. & ad calorem consopitum & semimortuum revocandum hoc fotu usum te esse testatur.*

**EZ** Verbast. hyperic. flor. salv. rosmarin.

Laur. ab finib. verben. à Mj.

abris Baer. Juniper. Laur. à pij. Misc.

F. Decoct. in s. q. ∇x & vini.

Idem Poterius Curat. 30. & 31. Centur.

4. Observat. in vulneribus juncturarum cum ossium fractura ad detergenda vulnera sequentē se adhibuisse fotum refert.

**EZ** Aristol. rot. 3j. myrrh. elect. zij. bacc.

juniper. ps.

Fol. Prunell. alchimill. Vincetox. à Mj.

Paretur Decoct. in s. q. ∇x & Vinicum modico sale communi.

Ad vulnera venenata seu malignam qualitatem inducentia sequentem aquam maximis extollit laudibus *Agricola Tractat. 3. Chirurg. p. 396.*

**EZ** Rad. Angel. Tormentill. mandragor.

Croc. metall. cum Spir. Salis fixat. Croc. opt. à 3i.

Bolet. cerv. Myrrh. à 3vi. Cort. Citr. 2.

Lign. Sassafr. Bacc. juniper. CC. raffata. à 3i.

Terr. sigill. 3ij. Theriac. 163.

Misc. omnia & cum Vin. malyat. 16ij. vel

iv. digere calore leni, postea destillentur per alembicum Dos. cochl. i. sapius iterando.

Ad sanguinem profluentem è vulneribus sistendum sequens exhibit Conrad. Kunrath. medull. destill. p. 421.

**Rx** Lign. Juniper.  $\frac{1}{2}$  is, alum. ust. à part. equal.

F. exinde Pulvis vulneribus inspergend9.

Idem p. 444. libr. cit. singulare componit vulnerarium internum, quod tam brevitatis ergò nolumus ad ponere, sed curiosum Lectorem ad locum citatum remittimus.

Ad extrahenda ex vulneribus spicula aliaque talia sequens proponit Tillemannus p. 409. de mater. medie.

**Rx** Rad. Nymph. aron. polypod. à 3j. Raph. 3ij.

Cymar. Juniper. 3j. ling. cerv. 3lb.  
Exsiccentur F. Pulvis, Misceatur cum pinguedin, lepor. 3j. liquefiat ad ignem, add.

Dactyl. maj. 3ij. Petrolei 3j.  
F. Emplastrum pelli leporino inducendum.

Cum etiam tempestates aliæque aëris mutationes magna vulneribus incommoda possint comparare, ideo non imperitè monet Ambros. Paren. lib. X. chirurg. cap. XI. ut loca, in quibus com- moran-

morantur vulnerati rebus odoratis sàpè  
perfumentur , variasque ibidem præscri-  
bit medicamentorum formulas , quibus  
omnibus juniperina addita sunt medica-  
menta , sicut loco citato videri potest.

## V. ULCERA.

**C**ontinui solutionem non vulnera so- *Ulcera.*  
lùm , sed *nicera* quoque variè effici-  
unt & lèdunt , atque in omnibus corpo-  
ris partibus carnosis , sub quibus muscu-  
losas , glandulosas , parenchymaticas &  
illam quoque partem , quæ *ovulum* & u-  
nicuique parti propria ac peculiaris est  
cum *Sebizio* part . 8 . *Spec. Med. Pratt. cap.*  
*21.* complectimur , à re corrodendi facul-  
tate præditâ excitari possunt.

*Ulcera* sunt varia , in primis ta-  
men sunt vel *Interna* vel *Externa* , eaque  
vel *simplicia* , vel *composita* , prout à cau-  
sarum varietate excitantur . De inter-  
nis hoc loco agere non libet , sed tantum  
de externis & quid in hisce *Juniperus*  
præstet inquiremus . Ad ulceræ sordida-  
eluenda & purificanda *aquam* com-  
mendat *Juniperi Tabernemontanus* lib . 3 .  
*Herbar. part. 2. cap. X.*

Decoctum ad Ulceræ *Poterius* de-  
scribit in *Pharmaco p. 25.*

**B**x *Fol. plantag. anagall. querc. à Mj.*  
*Rad. aristol. rot. ȝj. Bacc. juniper.*

Z 2.

Flor.

*Flor. chamomill. à pj. alum. crud. ʒij.*

*Coqu. parùm in ὑά fabrorum q.s. Ser-  
vetur ad usum.*

*Ulcerà à  
veneficio  
introdu-  
cta.*

*Ad ulcerà à veneficio excitata, è qui-  
bus varix quandoque prodeunt res for-  
didæ & dolorificæ, ab incantatione in-  
troductæ, sequens Emplastrum maximo  
cum successu, præmissâ proprii stercoris  
( sit venia dicto ) impositione & in ves-  
câ bubulâ fumigatione applicuisse te-  
statur Job. Agricola Tractat. V. Chirurg.  
parv. p. 648.*

**R** *Rad. filic. maj. ʒij. Bacc. Juniper. Mij.  
Herb. antirrhin. adiant. aur. ante or-  
tum ♂is collect. à Mij. verben. Mj.  
Concis. contus. coqu. inf. q. ὑæ adianth.  
exprimantur, expressioni add.*

*Sangv. catell. jun. ʒij. Corall. rubr. ʒi.  
ceræ 16ʒ.*

*Resin. ex visco coryl. parat. ʒij. tere-  
binth. ʒij.*

*M. F. l. a. Emplastrum.*

*Ulcerà na-  
rium.*

*Singularia medicamenta sequentia  
in ulceribus narium commendat Sen-  
nertus lib. I. med. Pract. part. 2. sect. IV. cap.  
I. atque ad illorum exsiccationem se-  
quens Cataplasma capiti imponendum  
tradit.*

**R** *Limac. num. viij. Crust. pan. filigine-  
toft. ʒij.*

*Contund. & admisce Pulv. Balaust. roj.  
rubr. à ʒB.*

*Gum.*

Gum. Sandarac. Ar. 3ij. Thur. mastich. à  
3ij.

Album. ovor. num. ii.

Contund. & F. f. a. Cataplasma.

Ex Rondeletio Trochiscos pro suffi-  
tu præscribit tales.

**Ez** Ladan. pur. Hypocistid. mastich. myrrh.  
à 3ij.

Storac. rubr. & calamit. Cerv. Thur.  
Sandarac. Ar.

Auripigment. rubr. à 3ij.

Excipientur cum Terebinth. F. Trochisci  
pro suffitu manè & vesperi in cubiculo.

Vel

**Ez** Gum. Sandarac. Ar. Myrrh. à 3ij.

Oliban. mastich. 3ij. Ladan. 3ij.

Cum f. q. Terebinth. F. Trochisci.

Ad ulcera membrorum à frigore læ-  
forum sequens commendat Linimentum  
**D.** Scultetus Observat. 89. Armament. Chi-  
rurg. p. 216.

**Ez** Bacc. juniper. contus. Mj. Butyr. liquat.  
3iv.

In hoc butyro baccas juniperi coqu. ad  
nigredinem; Colaturam serva ad usum.

## VI. SCABIES.

**N**on turpis solùm, sed maximè quoque  
molestus affectus *Scabies* totique cor-  
pori dicam scribit, & est infectio cutis  
cum pruritu, dolore & pustulis interdum,  
nonnunquam etiam cum malignitate

*Scabies.*

Z 3 con-

conjuncta ex acrimonia salsa, biliosa,  
vel serosa ortum ducens.

Humores itaque peccantes alterandi & evacuandi, & quidem per purgantia & diaphoretica.

Vinum alterans & Purgans tale scabiosis prescribere solemus.

**E**x Herb. fumar. cuscuz. scabios. à M. B.

Flor. cent. min. Mj. Eol. Senn. s. l. 3i. B.

Rad. sarsaparill. bell. nigr. à 3. B.

Rhabarbar. 3ij. Cort. fraxin.

Bacc. juniper. à 3j. Sem. genist. cartham.

à 3ij.

Θ 3i. 3i. B.

Concis. contus. D. ad chart. S. Blutreibende Species zum Purgier-Wein.

Electuarium Sudoriferum tale tradit Gryling. part. 3. de tert. Evacuat. Universal. gener. p. 80.

**E**x Extract. Junip. 3ij. Rob sambuc. 3i. B.

Extract. mithridat. theriac. à 3. B.

Θ absinth. juniper. chamomill. card. bened. à 3vi.

Spir. sambuc. Rot. man. chri. perl. à 3vi.

Conseru. citr. 3ij. Syrup. acee. citr. q. s.

Misce.

Simile huic idem describit lib. V. part. 3.

Med. Pract. cap. X. 3. lidist. meib. 3. 3. 3.

Vel

**E**x Mistur. simpl. 3i. Rob. Juniper. 3i. B.

Effent. ejusd. 3i. B.

▽<sup>a</sup>

$\nabla e$  fumar. 3ij. Theriacal. bezoard.  
nostr. 3j.

Misce D. S. Schweißträncklein auf 2.  
mahl.

Elixir Juniperinum non vice sim-  
plici scabiosis exhibuit R.D.D. Friderici,  
testante id variis in locis Protocoll. Me-  
dic. Mscr.

Externè non infelix Practicus qui-  
dam sequens in scabie adhibet unguen-  
tum.

$\blacktriangleleft$  Rad. bistort. 3j. Sarcocoll. lot. 3iiij.  
Sandarac. Ar. 9iv. Tur. prep. 3ii.  
camphor. 3*fl*.

Terebinth. in  $\nabla$  fumar. quater lot. 3iv.

Ungv. ex succ. helen. 3vi. Misc.

F. Unguentum. Potest etiam loco Un-  
guenti ex succo helenii unguentum ad  
scabiem August. assumi.

Ad humiditates ex pustulis & ul-  
cusculis siccandas oleum commendat Ju-  
niperinum Sebuzius part. VIII. Spec. Med.  
Pract. cap. 18. ut & Macassius lib. poster.  
Promptuar. Mater. med. cap. X. qui & li-  
gnum Juniperinum pro balneo scabiosis  
adhibet.

Celebre est non ad scabiem solum,  
sed ad quasvis ferè corporis fœditates &  
maculas tollendas Unguentum medica-  
mentosum Mysichtri sect. 35. Armament.  
Chym. p. 495. descriptum & 3i. olei Junip. no-  
bilitatum.

Z. 4

VIL

VII. CORPULENTIA NI-  
MIA.

*Corpulet.  
tia nimia.*

Quamvis bona corporis constitutio  
& justa magnitudo hominem meritò  
recreare gaudioque imbuere soleat, at-  
tamen si illa excedat, & constitutio cor-  
poris ejusque magnitudo himen quan-  
tum augeatur, non molestiam solum sed  
turpidinem quoque corpori parere  
consuevit humano, immo nimiam corpo-  
lentiam & obesitatem propagationem  
generis sui impedire palam est, quapro-  
pter & illa quandoque tollenda est, in  
quem finem sequentes componit pilulas

de Sandaraca Mysicatum sect. 7. ad Arma-  
ment. Chym. p. 154.

**E**x *Sandarac. Aq. elect. 3*lb.* Extract. polyp.*

*dr. 2*lb.* a 3*ii.* Succin. alb. ppt. piper. nigr.*

*Alum. roct. Sarcocoll. rubr. a 3*lb.**

*Lacc. abbo. nitr. ppt. aristol. rot.*

*Sem. rut. syri. petrosel. a 3*ii.**

Misc. & cum suce, inspissat. cent. min. F.  
Masla. Dos. Pilular. 3*lb.* quotidie surgen-  
ti electo.

Sic & Conrad. Kunrath. in medull. de-  
stillat. p. 426. ad nimiam corporis molem  
attenuandam commendat oleum destilla-  
rum ex Sandaraca seu Vernice ad guttas 6.  
quotidie cum oxymelitis cochlear. i. vel  
2. jejuno stomacho exhibitum,

Electuarium contra sterilitatem ex  
nimia

nimiâ pinguedine supra cap. 24. hujus tractat. sub titulo sterilitatis descripsimus, quod loc. cit. videri potest.

Quod si nimia pinguedo matricis duntaxat orificium afficiat, Arnoldus, nante Bened. Sinibaldo lib. 4. Geneantrop. tract. 1. cap. 8. hujusmodi proponit insessum: ni exstincto 2. illud. Ex Malv. Rad. & fol. bis malv. palear.

aven. Miv. F. Decoctione, in qua mulier usque ad umbilicum insideat, post suffumigetur os uteri rutâ, calamentho, origano, marrubio, fol. laur. juniperis & similibus.

### VIII. ATROPHIA.

Cum homo non alitur debilem illum & decolorem fieri atque emaciari Galenus lib. 12. meth. med. cap. 1. pronunciat, & quâ aliter fieri potest? denegato enim nectare vivisico, sanguine videlicet ad nutritionem idoneo, corpus vel universum, vel pars quædam illius determinata, cui aditus sanguinis est præclusus, vel si ipse sanguis ad nutritionem non sit idoneus, emaciari, & tabe consumatur necesse est.

Ad hanc avertendam & profligandam optimè conducunt ex Junipero confecta medicamenta, quippe quæ qualunque ferè sanguinis vitium corrigere causasque sanguinis defectum inducen-

tes amovere & emendare optimè valent, sicut abunde ex superioribus liquet. Propterea missis sanguinem humoresque sanguini admixtos alterantim & corridentium, Diaphoreticorum Diureticorumve formulis, externa saltem, in membrorum atrophia adhiberi solita, videbimus. Liberalis & prolixus in his describendis est G. yingius lib. V. part. 3. med. Pract. cap. 16. ubi varias unguentorum formulas, oleo omnes Juniperino claras, exhibet, è quibus præ reliquis elegimus sequens, longo utpote usi compertum.

**R**ec. Summit. Sabin. Juniper. fol. levistic. rec. à Mij.

*Fl. chamomill. pii, Gran. Juniper. piiij.*  
Incitantur omnia & contundantur parum, quibus adde

*Ol. Laur. lit. à q. s. ad contegendum.*

*Axung. porcin. quartar. v. vit. 3ij.*  
Coquantur omnia donec omnis humiditas sit consumta, colentur & exprimantur, adde

*Ol. spic. vel Juniper. 3ij. vel plus  
Pulu. sinap. 3l. Rad. Pyrethr. 3ij.*

*Piper. rot. vel long. vel zinzib. 3ij.  
Ceræ q. s. F. Linimentum.*

Balsamum resumtivum, qui loco secreti adhiberi potest, ita componit idem Author.

**R**ec. *Cancr. fluviat. num. xv.*

*Mur.*

Mur. sylvestr. in tergo linea nigra or-  
nat. num. VIII.

Coqu. mures cum vino pinguedoque  
supernatans recipiatur, cui & cancris ad-  
datur.

Terebinth. Cypr. Butyr. majal. à 16j.

Bacc. juniper. Miij.

Destill. De lento & destillatum in Bal.  
Mar. rectificetur. S. Schwind-Balsam.

Plura qui cupit, adeat Autorem lo-  
co jam allegato.

Sequens pro attractione nutrimen-  
ti ad membra atrophia laborantia exhi-  
bet Tilemannus d. mater. med. p. 156.

**Ez** Piper. long. nigr. à 3ij. cinamom. 3ß.

Zinzib. 3ij. rad. aron. pyrethr. à 3ij.

Bacc. juniper. Miß.

Conquaflat. add. Spir. Vin. Miij. & ap-  
plicetur.

Vel

**Ez** Ol. Lumbric. 3ij. piper. euphorb. ca-  
stor. à 3j.

Juniper. 3ij. Misce.

Fabrie. Hildanus cap. 24. lib. von der Glied-  
Wassersucht.

## IX. OSSUM DISLOCATIO ET FRACTURA.

**N**On Apollinis responsum è tripode  
quod profectum veritati magis est  
consentaneum ac egregia illa. Scaligeri  
verba ita de natura lib. 1. de plant. diffe-  
rentis

Natura  
lans.

rentis: *Natura animali anima est. Ipsa sibi fabricat calces, dentes, cornua ad vitam tuendam. Itaque iis utilitur & scit, quo sit utendum modo, sine subiecto, aut phantasia illa. Qui animam fecit, certis eam precepitis oneravit, partim generalibus, partim contractioribus. Illa sunt quae pertinent ad unionem suam cum corpore conservandam, enig nullus Autor debet esse extimus: Ejus itaque studiosa movet cor; coquit in ventriculo; re-coquit in jecore, perficit in venis, digerit in membris, mutat in corpus, suffert, unit, instaurat, redintegrat.* Et certe videmus hoc quotidie in proprio corpore, quem ordinem quilibet corporis pars in officio suo ritè exequendo & à naturâ illi assignato servet, nec latum unguem ab illo recedat, & si forte fortuna illa in hoc suo ordine perturbetur, quanta ex hoc oriatur molestia.

Ossium  
strutura.

Exempli loco sit nobis ossium strutura, quam artificiosè illa omnia vel per Αλεθεωσιν, ejusque tres species, ἐνάρθεωσιν, αρθρωδιαν γίγγλουσιν, vel per τύμφωσιν absque medio ut per γαρθίνην, αρμοιαν, γόμφωσιν vel per medium siye συγχόνδρεωσιν sive συνεύρεωσιν vel συστάχεωσιν ita sunt invicem inter se connexa, ut si ullum à situ loco que suo destinato & confveto removeatur, manifestus & exquisitus inde doloris sensus oriatur.

oriatur, sicut in ossium dislocatione  
hoc quotidiè maximo cum damno &  
molestia ægri experiuntur.

Ossa autem à sede naturali detur-  
bantur varias ob causas, 1. ob cavitatis *Ossium*  
*dislocatio.*  
ossa excipientis vel laxitatem, vel angu-  
stiam, ob ligamentorum nimiam emolli-  
tionem, relaxationem, tensionem aut ru-  
ptionem, varias ob causas provenien-  
tem, 3. ob violentam expulsionem. Quo-  
ties igitur ossium contingit luxatio, tunc  
in primis os laxatum manu chirurgi re-  
ponatur, repositum in sede suā ut per-  
maneat, curetur, causa luxationis remo-  
veantur & ne iterū illa contingat, omni  
studio præcaveatur. Si ossium luxatio  
ab humoribus viscidis, glutinosis & fœtis  
exoriatur, tunc sequentem Spiritum ma-  
ximo cum fructu exhibuisse prædicat  
Job. Agricola Tractat. 8. Chirurg. parv.  
p. 859.

**Cristall.** è nucl. persic. Rad. Eryng.  
ononid. verben. à ȝj.

**Herb.** saxifrag. lign. frax. à ȝil. Bacc.  
laur. juniper.

**Oc.** 69. à ȝij. Sem. urtic. Roman. lapath.  
maj. genist. mil. Ois à ȝj.

Ex baccis lauri & Juniperi atque semini-  
bus F. cum Spir. Vin. extractio more fo-  
lito, extractionemcola & in Colatura  
dissolvere, cristallos supra dictos, po-  
itea

stea Salis  $\frac{1}{2}$ i. albiss.  $\frac{1}{2}$ i. affunde hanc, & quidem per vices, compositionem digere per 8<sup>o</sup> octo lento calore cinerum, postea cum s.q. argill. sigul. impasta & forma globulos, quos in umbra exsiccatos postea per retort. pelle  $\Delta$ e aperto, apposito recipiente satis magno, & prodibit Spiritus elegantissimus & penetrantissimus, cuius Dos. à 3*fl.* ad 3*ij.* in vehiculo convenienti.

Externè conveniet Emplastrum Diaphoreticum Mynsichti, 3*ij.* Sandarac. Ar. clarum, cuius descriptio videri potest se&t. 36. Armamentar. Chym. p. 510.

Sequens Emplastrum jam laudatus Agricola libr. cit. p. 868. in ossium luxatione extollit.

**E**x destillat. ex ossib. human. rectif. 15*fl.* Nuc. mosch. expr. 3*ij.*

Colophon. Succin. citer. à 3*fl.* Bdell. ammoniac. + sol. à 3*j.*

Terebinth. 3*ii.* Sandarac. Ar. Thur. mastich. à 3*fl.*

Terr.  $\oplus$ l. antic. 3*ij.* Croc. à 3*fl.* Cer. ræq. f.

Misc. F.I. a. Emplastrum.

Sequentem sacculum in ossium femoris luxatione adhibuit Fabric. Hildan.

**E**x fol. & flor. beton. anthom. absinth. origan. salv.

Flor. prim. ver. lavend. à Mj. resar.

Bacco.

Bacc. juniper. visc. querc. à Mij. Sem.  
anis. 3ij.

Concis. contus. D. ad sacculum.

Sic & in eodem malo succum lumbricorum cum  $\nabla$  juniperi & lavend. sine vino destill. parare & adhibere docet idem loc. cit. In ossium fractura Idem Hyl. Ossium danus sequens unguentum adhibuisse testatur cent. 3. observ. chirurg. go.

**R** Ol. lumbric. 3ij. juniper. 3ij.

Liquor. lumbric. 3j.

Misc. F. Unguentum.

## X. CONTRACTURA ET MOTUS IMPOTENTIA.

Impossible est, inquit Averrhoës 1. de cœl. com. 31. corpus naturale sine naturali motu esse, tūm etiam quia alioquin tale corpus otiosum esset; Hoc autem ipsa fugit natura, quippe quæ nunquā otiosa, sed semper negotiosa existit, unde & Symbolum Collegarum Academiæ Naturæ Curiosorum tanquam fidelissimorum Naturæ Imitatorum ortum, quod quisque eorum NUNQUAM OTIOSUS inveniatur, cum & ipsam quasi vitam denegari velint illis nonnulli Philosophorum, qui otiosi vitam consumunt, ut & illis, qui liberè se mouere nequeunt, cum vivere dicant à se ipso, & non ab alio quod movetur, ideoque ex hoc satis liquet eorum miseria, qui motus impotentia

tentia laborant, cum ex eorum mente potius ad mortuorum quam vivorum classem pertineat.

Tollitur, autem motus variè, 1. à Paralyssi & Apoplexia, 2. muscularum nimia refrigeratione, 3. Atrophia, 4. à nimia tendinum extensione 5. Tumore & dolore muscularum, 6. soluta unitate, 7. ab ossium luxatione, 8. à vitiis ligamentorum, 9. humoribus duris, scirthis vel nodis in musculis & in primis circa tendines genitis, quod vitium propriè Germanos Contracturam appellare testatur Sennertus lib. 1. med. Pract. part. 2. cap. 26. 10. ab exsiccatione & induratione tendinum, muscularum & interdum cartilaginis ossium capita munire solitæ. Prioris octo causas relinquimus, & hoc loco de duobus saltem posterioribus hic agimus motionis impeditæ vitiis.

Ad hæc tollenda

**R.** Rad. Ebni. lib. IV. gentian. bacc. lanr. Juniper. Herb. rut. syv. à Mij. Fl. chamomill. Fol. Agrimon. salic. querc. à Mj. Misc. S. Species pro Balneo, Sennert. lib. 1. Med. Pract. 2. cap. 26.

Simile Balneum Contractis svadet Conrad Kanrath Tractat. 20. Medull. des still. p. 421.

**R.** Fruct. Juniper. conor. abies rad. urtica. Ebni. à pars. equal. In-

Contra-  
etura.

Inclus. sacculo coqu. in f. q. vñæ in lebe-  
te & huic patiens bis in die immergatur.

Tabernemontanus part. 4. Des Arthe-  
ney Buchs cap. 9. hoc commendat De-  
coctum.

**E**x Cydon. in arbore putreſc. caſtor.

Bacc. laur. juniper. fol. ſalv. à q. v.

Conciſ. contuf. coqu. in vino, quo mem-  
bra rigida laventur.

Philipp. Gryling. lib. 5. Med. Pract.  
part. 3. cap. 18. itidem Decoctum ex sum-  
mitatir. Juniper. cum baccellis, herb. ſalv.  
agrest. origan. fol. quere. absinth. & fruct.  
abiet. à q. f. in aqua ad consumptionem  
humiditatis & ad ſpiſitudinem coctis  
parat, hocque exhibet Unguentum Re-  
gale compositum.

**E**x Herb. rut. rec. ſalv. anth. beton. absinth.  
melis. menth. aneth. fl. chamomill. à Mx.  
Iv. arbut. Miv. Majoran. abrot. puleg.  
card. bened. hyperic. à Miij.

Incif. & contuf. infund. in ol. olivar. re-  
cent. & clari Mxxx. ſtent in iuſtione vini  
Franc. Miv. Deinde coquantur ad con-  
ſumptionem aquositatis, in fine add.

Ungv. d. alth. Miiij. ol. laur. Mvi. lumb.

Ol. chamomill. vulpin. rosar. à Mj.

Spic. juniper. petrol. terebinth. à 3ij.

Cera q. f. M. F. Unguentum.

Ad contracturam Scorbūticam Incom-  
parabilis Sennertiuſ ſequens Unguentum

Aa exhi-

exhibit lib. 3. Med. Pract. part. V. Sect. 2.  
cap. 7.

**R** Ungv. diazb. ʒl. ol. chamomill. lil. alb.  
aneth. à ʒij.

Gran. Juniper. contus. ʒi. M. F. Un-  
guentum.

## CAPUT XXVII.

### IN MORBIS CAPITIS EXTERNIS JUNIPERI EFFICACIAM RE- VELAT.

#### I. TINEA.

Posteaquam affectus partium externarum, qui multis diversisque partibus sunt communes, consideravimus, restat ut promissi memores & reliquorum externorum membrorum morbos contemplemur, usumque Juniperi porrò laudum encomio prosequamur. Ordinamur a capite: Hic primum occurrit fœdum & molestum illud vitium TINEA dictum, & est affectio capitis ulcerosa, fœtida, crustosa, squamosa velficosa, interdum & contagiosa, achoribus & favis deterior, ab humorè acri, falso & quandoque maligno, orta, medicamentis ægrè cedens.

Tinea.

Præmissis præmittendis medicamentis alterantibus & evacuantibus, derasis capillis eorumque bulbis extractis ad ablationem & extirpationem fermenti